

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

1419 dicembre 14, Ind. XIII, [Matera]

† In nomine Domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo decimo nono, regnante *inclita et serenissima domina domina nostra* Iohanna secunda Dei gratia Hungarie, Ierusalem et Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque regina, Provincie et Forqualquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero dicte domine *regine* anno sexto. *Feliciter. Amen.* Mense decembris, die quartodecimo eiusdem, tertiedecime inditionis.

Nos Iacobus Iohannis Stephani de Angelo de Matera, annalis Matere iudex, Antonius Angeli de Costantia de eadem terra, puplicus ubique per totum regnum Sicilie regia auctoritate notarius, Iacobellus Cicci de Iohanucio, Lillus Nicolai de Laverio, dopnus Donatus Petri Cepulle et dopnus Petrus de Romata, *testes subscripti et infrascripti* de eadem terra, *ad hoc specialiter vocati et rogati* fatemur quod accersitis ad domum habitationis *dominarum* abbatisse et priorisse ecclesie Sancte Lucie de Matera *sitam et positam in dicta terra Mathere in Saxo Caveoso, in loco de Planellis, subtus murum civitatis Mathere,* ad petitionem et preces *positas nobis pro parte domine Rose venerabilis monasterii Sancte Lucie et Agathes* abbatisse et domine Mabilie priorisse eiusdem loci et aliarum *dominarum* sororum *monialium* monasterii prelibati, *nobis ibidem generalis* dicta domina abbatissa et priorissa *cum earum sororibus supradictis* presentaverunt ac puplice legi fecerunt quoddam puplicum instrumentum:

[è quello trascritto nel doc. n. 133].

Potentibus itaque a nobis *qui supra iudice et notario* dictis *dominabus* abbatissa et priorissa cum aliis

*earum dominabus sororibus suis monialibus superius numeratis nostrum super hoc officium implorando ut dictum instrumentum quia sui et successarum suarum dominarum monialium in eisdem officiis interesse dicebant ad earum et dictarum dominarum sororum suarum dicti monasterii et ecclesie cautelam autenticare, transcribere et in publicam formam reddigere debeamus. Nos vero petitionem ipsarum iustam utpote annuentes, maxime quia iusta petentibus nec possumus nec debemus nostrum officium, quod est publicum, alicui denegare predictum instrumentum ad earum petitionem et tenore ipsius addito, tracto vel diminuto autenticavimus, transcripsimus eo quod ipsum legendo inspeximus non abrasum, non cancellatum, omni vitio et suspicione carens et in presens publicum redigimus instrumentum per manus mei Antonii publici ut supra notarii, qui predictis vocatus et rogatus interfui ipsumque meo solito signo signavi; subscriptione mei qui supra iudicis et nostrum subscriptorum et subsignatorum testium qui predictis similiter vocati et rogati interfuimus subscriptionibus et subsignationibus roboratum.*

1

† Ego Iacobus Iohannis Stephani de Angelo annalis Matere iudex

† Ego Donatus Petri Cepulle testor qui supra

† Ego Iacobellus Ciccy de Iohanucio testor qui supra

† Ego Lillus Nicolai de Laverio testor qui supra

*Si tratta di una nuova copia autentica del documento del 1208, che non viene nuovamente riportato dai trascrittori napoletani.*

Ego dopnus Petrus de Romata testor qui supra